> Socrates intelligit lapidem : quia ad hoc quod Socrates denominetur intelligens non sufficit quod intellectio fit in intellectu suo ; sed cum hoc quod requiritur quod virtus phantastica Socratis sit in actu cognoscendi lapidem. Unde dicunt isti, sicut nos ponimus, quod eadem species formata in intellectu nostro, aliquando est principium cognoscendi rem extra secundum actum puta quando virtus phantastica respectu eiusdem obiecti est in actu, et quandoque non, quando scilicet virtus phantastica non est in actu respectu eiusdem obiecti, ita eadem intellectio nunc existens in intellectu meo copulata mihi per phantasmata existentia in me est mihi formalis ratio intelligendi obiectum extra, eadem autem intellectio non copulata intellectui materiali per phantasmata mea, sed alterius est formalis ratio intelligendi illi cui per sua phantasmata copulatur, sed non mihi.[36]

La parenthèse refermée, le maître ès arts poursuit son argumentation pour démontrer l'unicité de l'intellect humain, en recopiant toujours la *Quaestio* de Thomas :

> Si intellectus possibilis esset numeratus, sequeretur quod scientia esset qualitas actiua, vel quod discipulus non addisceret a magistro.[37]

Certains arguments sont plus fondamentaux que d'autres, et celui qui suit est si capital qu'il conclut la démonstration. L'âme intellective est une substance immatérielle séparée, certes, mais elle a une « inclination naturelle » vers le corps humain. Cela provient de l'affinité qu'elle entretient avec la faculté cogitative de l'individu, la plus noble de ses puissances sensitives, la mieux ordonnée à l'intervention de l'intellect. L'âme intellective est donc « per suam naturam » la perfection du corps, et il faut entendre qu'elle est d'abord l'acte ou la perfection de la « nature humaine », et non de tel ou tel individu déterminé :

> Et modus ponendi fuit iste. Posuit enim istum intellectum sicut et quamlibet aliam substantiam immaterialem non habere aliquam intentionem superadditam speciei, sed per idem esse intelligentiam, et hanc, ita quod sua hecceitas est sua quidditas non superaddita quidditati. Hunc autem intellectum posuit habere naturalem inclinationem quandam ad corpus organicum perfectum po-

36 *QDA* III, 7, col. 259 ; reprise de *DAI*, 115, l. 3–15 : « Sed istud non valet contra Commentatorem, nam Commentator non poneret intellectionem aliam secundum substantiam in intellectu Socratis et Platonis, sed eandem ; sed tamen non sequitur; intellectio lapidis est in intellectu Socratis, ergo Socrates intelligit lapidem, quoniam ad hoc, quod Socrates denominetur intelligens lapidem, non sufficit, quod intellectio lapidis sit in intellectu suo, sed cum hoc requiritur, quod virtus phantastica Socratis sit in actu in cognoscendo lapidem. Unde, sicut nos ponimus, quod eadem species firmata in intellectu nostro aliquando est principium cognoscendi rem extra secundum actum, puta quando virtus phantastica respectu eiusdem obiecti est in actu, quandoque non, scilicet quando phantastica virtus non est in actu: ita eadem intellectio nunc existens in intellectu meo, copulata mihi per phantasmata existentia in me, est mihi formalis ratio intelligendi obiectum extra. Eadem autem intellectio, non copulata intellectui materiali per phantasma mea, sed alterius, est ratio intelligendi illi, cui per sua phantasmata copulatur, sed non mihi. »

37 *QDA* III, 7, col. 259 ; reprise de *DAI*, 93, l. 34–35 : « Quinto sic : sequeretur vel quod scientia esset qualitas activa, quod est falsum, vel quod discipulus non addisceret a magistro ».

> tentiis sensitiuis hominis quas posuit alterius speciei a potentiis sensitiuis aliorum animalium, saltem quantum ad virtutem cogitatiuam propriam homini ; et fuit imaginatio ipsius, quod intellectus per naturam suam est actus et perfectio naturae humanae modo prius exposito : naturae dico humanae tanquam sui primi perfectibilis, sed huius hominis et illius solum ex consequenti et secundario.[38]

Cela dit, « contra hanc positionem sunt multae difficultates » (col. 260). Pour en dresser la liste, Jean recourt une fois encore à la *Quaestio* de Thomas.

Première difficulté : si les perfections dernières, à savoir les pensées, varient selon les individus, ne doit-on pas dire qu'il en va de même pour la perfection première, l'intellect, et que, donc, il ne peut en exister qu'un seul pour tous les individus ?

> Intellectus est prima perfectio hominis, ut patet per diffinitionem communem omni animae datam in 2 huius, intelligere autem est secunda perfectio. Cum igitur secunda perfectio sit alia et alia in alio et alio homine sequitur quod prima perfectio debet esse alia et alia in alio et alio homine.[39]

Poursuivons. Si nous partageons le même intellect, ne faut-il pas conclure l'impossible, à savoir que je pense « par ton être » et toi « par le mien » ? Ne faut-il pas en déduire, en effet, que nous avons une seule et même forme substantielle ? Socrate, par ailleurs, existerait avant de naître (puisque sa forme serait éternelle), et l'on devrait même dire qu'en tant qu'homme il n'est pas corruptible :

38 *QDA* III, 7, col. 259–260 ; reprise de *DAI*, 94, l. 5–21 : « Modus autem ponendi suus fuit iste : posuit enim intellectum materialem seu quamcumque aliam intellectivam non habere aliam intentionem superadditam speciei, sed per eandem intentionem esse intellectivam et hanc, ita quod sua haeccitas est sua quidditas, non superadditum quidditati. [...] Hunc autem intellectum posuit habere naturalem inclinationem et dependentiam ad corpus organicum perfectum potentiis sensitivis hominis, quas posuit alterius speciei omnino a potentiis sensitivis cuiuslibet alterius animalis, ut patet ex fine 20 commenti [...] : ita posuit intellectum materialem, quem non posuit esse individuatum per aliam intentionem a specie sua, esse per naturam actum et perfectionem naturae humanae in suppositis tamquam sui primi perfectibilis, sed huius hominis vel illius solum ex consequenti ».

39 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 94, l. 27–31 : « Secunda dubitatio, quam facit [Averroes] contra se ipsum, est magis difficilis et est ista : cum intellectus materialis est prima perfectio hominis ex definitione animae, 2 *De anima*, quae est communis omni animae, intelligere autem sit secunda perfectio hominis, cum secunda perfectio sit alia et alia in alio et alio, per ipsum sequeretur, quod prima perfectio erit alia. » Thomas fait référence à ce passage du *Grand Commentaire* d'Averroès : « Et même cela [*i.e.* ce que dit Aristote] pose encore de nombreux problèmes. Le premier est que, [les choses étant ce qu'elles sont], les intelligibles théoriques [semblent devoir] être éternels. Le deuxième, le plus difficile, est de savoir [comment] la perfection dernière en l'homme est nombrée par les individus humains, la perfection première étant numériquement une pour tous. » (*L'intelligence*, 68)

(a) Item viderentur sequi multa inconvenientia contra illa positionem. Unum est, quod ego essem per esse tui, et tu per esse mei. [...] Si [intellectus] esset unus numero, ego et tu haberemus formam substantialem unam numero.[40]

(b) Item, sequeretur quod Socrates fuit antequam esse generatus. Probatio: quia cum est forma rei, res illa est, sed intellectus, cum sit aeternus, fuit antequam Sortes fuerit generatus, ergo cum ipse sit forma cuiuslibet hominis sequitur quod Socrates fuit antequam esset.[41]

(c) Item, sequitur quod Socrates non est corruptibilis in quantum homo...[42]

S'il n'existait qu'un seul intellect pour tous les hommes, je serais nécessairement conduit à penser la même chose que toi. Du reste, étant donné qu'il nous arrive de penser des choses contradictoires, l'unicité de l'intellect impliquerait la co-existence des contradictoires dans le même sujet :

Item sequeretur, quod ego acquirerem scientiam quam tu acquiris, et econverso perderem scientiam quam tu perdis, cum scientia non acquiritur nisi in intellectu, nec perdatur nisi in intellectu. Impossibile est autem idem secundum idem acquirere et non acquirere scientiam, et similiter perdere, quare etc. Item aliqui sic arguunt contra Commentatorem. Si intellectus est unus numero in omnibus hominibus, sequitur, quod contraria sunt simul in eodem subiecto numero, quod videtur impossibile. Probatur consequentia, quia certum est quod opiniones contradictorium sunt contrariae [...], sed contingit unum hominem habere unam opinionem in suo intellectu de uno contradictorium, et alium aliam opinionem de alio simul, et sic in ipso intellectu simul erunt contraria. Quare etc.[43]

40 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 94, l. 32–35 : « Item reducit ad multa inconvenientia, si intellectus sit unus numero in omnibus. Primum est, cum Socrates sit homo et Plato sit homo per illum intellectum materialem et intellectus ille est unus numero in utroque, sequeretur, quod Socrates et Plato erunt unus homo numero. »

41 *QDA* III, col. 260 ; reprise de *DAI*, 94, l. 35–37 : « Aliud inconveniens est cum quando forma rei est, tunc res est, intellectus autem materialis cum sit aeternus, praecessit Socratem et est forma Socratis, ergo Socrates fuit antequam esset. »

42 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 94–95, l. 38–39 : « Tertio sequeretur, quod Socrates in quantum homo esset incorruptibilis, licet non inquantum aliquis » ; voir *L'intelligence*, 62 : « Mais il y a un problème beaucoup plus difficile : si l'intellect matériel est la "perfection première" de l'homme [...] et si l'intellect théorétique est sa perfection dernière, et que l'homme est engendrable et corruptible, tout en étant un en nombre par la perfection dernière de [son] intellect, il est nécessaire qu'il soit ainsi [engendrable et corruptible] par sa perfection première, et donc que ce soit par la perfection première vis-à-vis d'intelligibles que je sois autre que toi et toi autre que moi – car si ce n'était pas le cas, tu serais par mon être et je serais par ton être et l'homme [pris] universellement existerait avant que n'existent [des hommes individuels], ce qui veut dire que l'homme ne serait pas engendrable et corruptible en tant qu'homme – il ne le serait, s'il l'était, qu'en tant qu'animal. »

43 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 95, l. 3–9 : « Quarto sequeretur, quod necessario ego acquirem scientiam, quando tu aquireres, et obliviscerer te obliviscente; ex quo ulterius deducunt alii, quod contrariae opiniones essent in eodem receptivo primo. Consequentiae istae patent prima : impossibile est eidem simul acquiri et non acquiri ; similiter impossibile est idem secundum idem oblivisci et non oblivisci. Secunda consequentia patet, quoniam certum est, quod diversi homines habent contrarias opiniones ; certum est etiam

Comment accorder l'unicité de l'intellect humain avec la pluralité des corps individuels ? Ne faut-il pas qu'un seul et unique perfectible corresponde à une seule perfection ?

> Item aliqui arguunt cuicunque perfectibili debetur perfectio, quae est forma immaterialis, et separata, ei non correspondet nisi unum perfectibile, ut patet in motoribus caelestibus, in quibus uni motori non correspondet nisi mobile unum numero, et unus nauta non utitur simul nisi una naui. Cum igitur perfectio intellectus sit perfectio immaterialis, sequitur, si est unus numero, quod ei non correspondet nisi perfectibile unum numero.[44]

Jean recopie ensuite quatre arguments que Thomas trouvait chez Albert le Grand :

> Idem Albertus arguit contra istam rationem quattuor rationibus. Prima est ista : omne compositum est hoc aliquid per suam formam [...]. Secunda ratio stat in hoc: particularium principia sunt particularia, ut patet per Aristo. 7 *Metaph.* contra Platonem [...]. Tertia ratio est ultima ratio, quam tangit Com. contra se. Quarta ratio eius est haec, cum animalitas in homine individuetur et numeretur in diversis suppositis hominis...[45]

Nouvel argument : comment « aliquid per se subsistens » pourrait-il être la perfection de ce qui est « unum per se » ? Et comment l'âme intellective pourrait-elle se joindre à autant de corps, séparés *loco et tempore* ?

> Item aliqui obloquuntur contra Commentatorem dicentes hoc esse fictitium, quod aliquid per se subsistens et separatum sit forma et perfectio alicuius, quod est unum per se. Nam ex aliquibus duobus sit unum per se, eo quod unum illorum est actus, et reliquum potentia, ut patet in 2 huius et 8 Meta. Quare etc. Praeterea videtur esse fictitium quod aliquid per se subsistens

quod intellectus materialis est primum receptivum istarum opinionum et per te unum numero in diversis opinionibus. »

44 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 95, l. 10–15 : « Sexto et ultimo arguit sic : cuicumque perfectibili correspondet perfectio, quae <est> forma immaterialis et separata. Tali non correspondet nisi unum perfectibile, ut ponit exemplum de motoribus corporum caelestium, quod non correspondet uni motori nisi unum mobile, nec uni nautae similiter nisi una navis ; ergo cum intellectus materialis sit substantia immaterialis, per eum sibi uni existenti non correspondebit nisi unum perfectibile. » Voir *L'intelligence*, 72 : « C'est pourquoi [dans le même ordre d'idées], on considère que lorsqu'il y a des êtres animés dont la perfection première est une substance séparée de ses sujets, comme on le soutient à propos des corps célestes, il est impossible qu'il en existe plus d'un individu par espèce. En effet, s'il existait en elles, c'est-à-dire dans chaque même espèce, plus d'un individu (par exemple plus d'un corps mû par le même moteur), l'existence de [ces individus supplémentaires] serait inutile (*ociosum*) et superflue, puisque leur mouvement serait causé par la même intention (*intentio*) numériquement une. Or, il est inutile, par exemple, qu'un même pilote dispose de plus d'un navire en même temps, tout comme il est inutile qu'un artisan dispose de plus d'un instrument appartenant à la même espèce. »

45 *QDA* III, 7, col. 260 ; reprise de *DAI*, 95, l. 16–26 : « Praeterea contra istam opinionem arguit Albertus tertio De anima per quattuor rationes. Prima est ista: omne compositum efficitur hoc aliquid per suam formam [...]. Secunda ratio sua est haec : principia particularia sunt particularia per Philosophum contra Platonem [...]. Tertia ratio sua est ultima ratio supra posita, quam allegat Commentator contra se etc. Quarta ratio sua est ista : cum animalitas in homine individuetur et numeretur in diversis suppositis hominis [...] »

> copuletur tot corporibus loco et tempore distantibus et distinctis. Praeterea, impossibile est aliquod unum numero inveniri in diversis suppositis, cuius oppositum dicit Commentator.[46]

Enfin, quelle peut être la cause efficiente d'une telle jonction de l'intellect matériel avec le corps de Socrate ou de Platon ?

> Quae est causa efficiens siue effectiua illius unionis, vel copulationis, intellectus materialis cum corpore Socratis vel Platonis ? Non est dicendum quod intellectus agens : quia intellectus materialis prius copulatur nobis quam agens, ut dicit Commentator in commento isto ; nec aliqua alia substantia aeterna potest esse causa huius copulationis, quoniam haec copulatio est noua, et ab aeterno et immutabili non potest procedere aliquis actus nouus, secundum Commentatorem. Nec est dicendum quod ipsum generans sit causa effectiua huius copulationis. Nam cum generans sit corporeum, eius actus debet terminari solum ad formam corpoream. Nec intellectus materialis copulat seipsum cum corpore, quoniam nulla forma copulata materiae est causa effecttiua copulationis proprie cum alio ; igitur huius copulatio non est nisi fictitium, quia dictum sine omni ratione.[47]

Viennent ensuite les solutions qu'il faut donner à ces difficultés. Là encore, c'est le texte de Thomas qu'on retrouve chez Jean[48].

Même si la perfection seconde de l'homme varie selon les individus, il n'est pas nécessaire qu'il en aille ainsi pour sa perfection première. Autrement dit, il peut exister des pensées personnelles nonobstant l'unicité de l'âme intellective : ce sont les images qui expliquent cette diversification.

> Diceret Commentator quod quamuis bene sequatur, si prima perfectio est numerata, ergo secunda est numerata, quia secunda perfectio fundatur in prima;

46 *QDA* III, 7, col. 261 ; reprise de *DAI*, 95, l. 32–39 : « Iterum arguunt alii dicentes hoc esse fictitium, quod aliquid per se subsistens et separatum sit forma et perfectio alicuius, quod est per se unum, quia per se unum sit ex duobus, quia hoc actu, hoc potentia ex 7 et 8 *Metaphysicae*. Praeterea fictitium videtur esse, quod aliquod unum per se subsistens copuletur tot corporibus loco et tempore distantibus et distinctis. Praeterea impossibile est aliquod unum numero invenire in diversis suppositis nisi in sola natura divina propter eius illuminationem ; igitur cum intellectus materialis sit forma limitata, non potest esse unus numero in diversis. »

47 *QDA* III, 7, col. 261 ; reprise de *DAI*, 96, l. 1–11 : « Iterum quae est causa effectiva istius unionis vel copulationis intellectus materialis cum corpore Socratis vel Platonis ? Non intellectus agens, quia intellectus materialis primo nobis copulatur quam agens, ex 20 commento, nec alia substantia aliqua aeterna est causa huiusmodi copulationis, quoniam haec copulatio est nova et ab aeterno et immutabilis, a tali autem substantia immutabili non procedit actus novus secundum eum, substantiae autem separatae sunt immutabiles et per se et per accidens secundum ipsum. Nec generans est causa effectiva huiusmodi copulationis, nam cum generans sit corporeum eius actus terminatur solum ad formam corpoream, nec intellectus materialis copulat seipsum cum corpore, quoniam nulla forma copulata cum materia est causa effectiva copulationis propriae cum alio ; igitur ista copulatio non est nisi fictitium quia dictum sine omni ratione. »

48 Il y a cependant des écarts ou des glissements notables : en *QDA* III, 7, col. 262, Jean de Jandun donne une interprétation de la *continuatio* rushdienne qu'on ne trouve pas chez Thomas Wylton. Il n'est pas question de l'étudier ici, mais le relevé que nous proposons doit permettre tout de même de faire ressortir ce que Jean ajoute de son cru.

non tamen sequitur quod, si secunda perfectio est numerata, quod etiam prima sit numerata : immo in una et eadem prima perfectione possunt simul esse plures secundae perfectiones, scilicet plures actus intelligendi, et precipue respectu diuersorum hominum et forte respectu unius hominis : et huiusmodi pluralitas et distinctio actui intelligendi in intellectu eodem secundum numerum prouenit aliqualiter ex diversis phantasmatibus vel cogitationibus.[49]

Socrate en tant qu'homme sera-t-il incorruptible ? D'une part l'objection vaut autant contre la position catholique que contre celle d'Averroès ; d'autre part il faut savoir que « homme » ne désigne pas seulement l'intellect mais le tout composé de l'âme intellective et du corps individuel, et sous cet angle l'individu pensant n'est pas éternel :

(a) Ad aliud dicendum quod idem argumentum posset fieri contra positionem catholicam.[50]

(b) Et dicunt aliqui sustinentes opinionem Commentatoris quod licet forma qua Socrates est homo sit incorruptibilis, tamen homo nominat compositum ex ipsa anima intellectiua et corpore hominis, et illud est corruptibile[51] ratione animae cogitatiuae.[52]

Une perfection n'a-t-elle pas qu'un seul perfectible ? C'est exact, et dans le cas de l'intellect il s'agit de l'espèce humaine. Plus exactement la *species humana* est son *premier* perfectible, et les corps individuels pris dans leur diversité ne le sont que secondairement. On peut donc bien dire qu'à l'unicité de l'intellect correspond celle de ce qu'il parfait, à titre premier :

Aliter potest dici quod illa propositio est vera, quando prima perfectio comparatur suo primo perfectibili, et aliter non. Nunc autem nullum indiuiduum hominis est primum perfectibile per intellectum, sed tota species humana correspondet ei, sicut unum primum perfectibile.[53]

Sur les objections d'Albert :

49 *QDA* III, 7, col. 261 ; reprise de *DAI*, 96, l. 30–38 : « Secunda [...] perfectio praesupponit primam et in ea fundatur, et ideo ex numeratione primae perfectionis sequitur numeratio secundae, sed non e contra ; in eodem enim intellectu possunt esse plures actus intelligendi, saltem successive, et simul secundum aliquos. Unde stante unitate primae perfectionis ex distinctione phantasmatum sequitur distinctio actuum intelligendi, quae sunt perfectiones secundae, et ideo dico, quod licet eadem sit perfectio prima in duobus suppositis hominis, tamen quia diversorum hominum sunt diversa phantasmata, ideo actus intelligendi, quae sunt perfectiones secundae hominis necessario in diversis suppositis numerantur. »

50 *QDA* III, 7, col. 262 ; reprise de *DAI*, 97, l. 6–7 : « Ad quartum dico quod nihil valet quoniam argumentum est contra opinionem catholicam. »

51 L'édition a : « incorruptibile ».

52 *QDA* III, 7, col. 262 ; reprise de *DAI*, 97, l. 13–15 : « Respondeo, quod licet forma, per quam Socrates est homo, sit incorruptibilis, homo tamen, quia nominat compositum ex illa forma incorporali et corpore corruptibili, hoc compositum est per corruptibile. »

53 *QDA* III, 7, col. 265 ; reprise de *DAI*, 97, l. 35–38 : « Ad maiorem ; [dico] quod ipsa est vera, ubi comparatur perfectio vel forma abstracta ad suum primum perfectibile [...] ; sed primum perfectibile ab intellectu materiali non est Socrates vel Plato nec universale abstractum per intellectum, sed ipsa natura humana, quae una est secundum se... »

(a) Dicendum quod Aristoteles loquitur ibi contra Platonem, qui ponebat quidditates singularium esse separatas, et subsistentes, et esse principia generationis et scientiae, contra quem loquitur Aristoteles, quod principia particularium sunt particularia accipiendo particulare prout distinguitur contra illud, quod est universale Platonis. Sed non oportet quod principia particularium sint particularia [...], et hoc praecipue non est necessarium in homine, qui est confinium materialium et immaterialium, compositum ex natura corruptibili corporali, et natura spirituali incorruptibili, et ideo necesse est ut eius principia non habeant omnino conformitatem ad invicem quam habent principia aliorum compositorum ex forma educta de potentia materiae et materia.[54]

(b) Diceret itaque Commentator Averroes quod homo est compositus ex natura individuata et natura non indiuiduata indiuiduatione materiae corporalis, et quod hoc necessario accidit in homine propter ordinem uniuersi, qui requirit, quod in aliquo materialia et immaterialia uniantur, scilicet in homine, propter quod oportet quod principium formale in homine, quod est de numero immaterialium, retineat conditionem immaterialium et incorruptibilium, quae est non numerari in eadem specie ; principium autem materiale numeratum est.[55]

Comment une forme séparée et un corps pourraient-ils être un ? Les Catholiques peuvent moins le prouver que les « averroïstes » :

hoc etiam non possunt dicere Catholici de anima intellectiua, cum per se subsistere et inhaerere per naturam sint opposita circa idem. Dicunt ergo catholici quomodo ex anima intellectiua, non obstante quod sit subsistens, et humano corpore fit unum, et similem modum, immo veriorem, poterit assignare Commentator. Dico veriorem, quia veriori modo fit unum ex forma, quae non potest omnino esse sine corpore et ex ipso corpore, quam ex forma quae potest existere sine omni corpore. Nunc autem secundum catholicos anima Socratis potest existere essentialiter sine omni corpore et essentialiter existeret sine corpore nisi accideret miraculum valde magnum ad hoc quod uniatur, scilicet resurrectio. Sed secundum Commentatorem anima intellectiua non posset esse, si nullum corpus humanum esset, quoniam secundum eum ultimus

54 *QDA* III, 7, col. 266 ; reprise de *DAI*, 98, l. 8–18 : « Ad secundam dico, quod Aristoteles loquitur ibi contra Platonem et utitur universali secundum opinionem Platonis, qui posuit universale esse quoddam subsistens extra animam cuiuscumque speciei [...]. Contra quam opinionem de universali dicit Philosophus : principia particularium semper particularia, et verum est distinguendo particulare contra universale platonicum ; distinguendo tamen particulare contra universale, quod non habet in se principium individuans superadditum speciei seu quidditati, non est verum, saltem in homine, qui est in confinio materialium et immaterialium, compositum ex natura corporali corruptibili et natura spirituali et incorruptibili, et ideo necesse est, quod eius principia non habeant omnino dictam conformitatem ad invicem, quam habent principia aliorum compositorum ex forma educta de potentia materiae et materia. »

55 *QDA* III, 7, col. 267 ; reprise de *DAI*, 98, l. 22–26 : « Sed diceret Averroes, quod hoc accidit necessario in homine et in nullo alio, et hoc propter ordinem universum, qui requirit, quod in aliquo suo materialia et immaterialia uniuntur ut in homine, propter quod oportet, quod principium formale in homine, quod est de numero immaterialium, retineat conditionem immaterialium, quae est non numerari in eadem specie ; principium autem materiale numerabile est. »

> finis intellectus humani est cognitio substantiarum separatum, et hanc cognitionem habere non potest nisi cum terminata est et completa est generatio intellectus in habitu. Completa autem generatio intellectus in habitu non potest esse sine phantasmate humano, et phantasma non est sine corpore...[56]

On lit plus bas la même idée :

> Quamuis igitur difficile sit intelligere quomodo ex materia et forma subsistente non inhaerente fiat unum, tamen multo difficilius est hoc intelligere de anima intellectiua et humano corpore secundum positionem catholicam, quam secundum positionem Commentatoris.[57]

N'est-il pas *fictitium* de dire qu'une substance numériquement une comme l'intellect humain peut se joindre à une telle quantité de corps ? Au contraire, répondrait Averroès. D'une part, la nature « composée » de l'homme est conforme à l'ordre et à la cohérence de l'univers, qui exige l'existence d'un nœud aux confins des deux mondes matériels et immatériels. D'autre part, il n'est pas étonnant qu'une substance *immatérielle* puisse s'unir à une pluralité de corps dont elle n'est pas essentiellement distincte « loco et subiecto » (Thomas dit : « loco et tempore ») :

> Diceret Auerroes quod hoc multo rationabilius est et convenientius quam sit modus quem ponunt alii. Nam ordo et conexio partium universi hoc exigit. Cum entia superiora sint immaterialia aeterna et non multiplicabilia in eadem specie, et inferiora sunt materialia et corruptibilia et plura in eadem specie. Rationabile ergo est quod sit aliqua species universi composita comprehendens in se intrinsece utranque naturam, in quo coniungantur superiora inferioribus, sicut etiam medium constituitur ex extremis, et illa species media est numerabilis secundum differentias corporales innumerabilis autem secundum formam immaterialem. De hoc autem, quod additur, quod unitur diuersis et distinctis loco et subiecto, diceret, quod hoc non est inconueniens : nam ex quo eius unitas est unitas specifica et non indiuidualis prout indiuiduum aliquam intentionem addit supra speciem : nullum est inconueniens ipsum uniri

56 *QDA* III, 7, col. 267 ; reprise de *DAI*, 98–99, l. 33–7 : « hoc non possunt catholici demonstrative <ostendere> de intellectiva, cum per se subsistere per naturam et inhaerere per naturam sint opposita circa idem. Dicant ergo catholici, quo modo ex intellectiva, non obstante, quod sit subsistens, et corpore humano fit unum. Et similem modum et etiam veriorem modum unitatis poterit Commentator assignare ; et dico veriorem, quoniam, cum ad unitatem compositi requirantur inclinatio, dependentia et ordo naturalis inter formam et materiam, intellectus materialis plus dependet a suo primo perfectibili quam anima mea, quae <non> potest subsistere sine aliquo perfectibili et aeternaliter subsistere, postquam esset separata, nisi accideret novum miraculum. Et valde magnum ad hoc, quod uniatur non sic, diceret Averroes de intellectu materiali respectu sui primi perfectibilis, quod potest esse, si natura humana non esset, quoniam secundum eum, cum ultimus eius finis sit communicatio substantiarum separatarum, hanc cognitionem habere non potest per eum, nisi quando terminatus est motus intellectus in habitu et perfectus ; quae cognitio haberi non potest sine conversione ad phantasmata secundum eum. Et phantasmata non sunt nisi in corpore... »

57 *QDA* III, 7, col. 268 ; reprise de *DAI*, 98, l. 9–12 : « Verum tamen difficile est intelligere, quo modo ex forma non inhaerente, sed subsistente et materia fit unum, sed magis est difficile hoc intelligere de intellectiva et corpore secundum opinionem catholicam, ut declaratum est, quam secundum opinionem Commentatoris. »

diuersis, et multum loco et subiecto distinctis ; quae tamen sunt eius perfectibilia secundario et ex consequenti, immo est multum rationabile.[58]

Et, une fois encore, la position « averroïste » est plus rationnelle que la position catholique :

(a) Et diceret Commentator hoc rationabilius esse quam unam formam totam et totaliter perficere diuersas partes eiusdem indiuidui...[59]

(b) Ex positione catholica conceditur, quod Deus immediate agit in corpus humanum de nouo, et creat animam intellectiuam de nihilo, et quod eo ipso quod aliquod agens particulare aliquam dispositionem inducit in materiam, licet per actum deformem, et non placentem Deo, creat de nouo animam infundendo eam corpori, et omnia ista dicit Commentator ficta, quia non sunt per se nota, nec possunt sufficienter demonstrari, et ideo sine dubio parum possunt gloriari deducendo Comm. ad inconvenientiam contra philosophiam, quia ad multo plura et maiora deducerentur quae in philosophia inconuenientia reputantur, et quae solum tanquam mirabilia recipiuntur, ut vera.[60]

Mais pourquoi donc se produit-il cette *copulatio* entre l'âme intellective et les corps individuels des êtres humains ? Deux réponses sont possibles, si l'on distingue la *causa finalis* et la *causa effectiva* de cette jonction :

Cum quaeritur, scilicet de causa illius copulationis, diceret Commentator quod causa finalis est coniunctio debita partium uniuersi, quae exigit ut sit aliquod medium inter corporalia et incorporalia modo supradicto. Sed de causa effectiua huius coniunctionis, credo quod non est aliqua causa actiua nisi per

58 *QDA* III, 7, col. 268–269 ; reprise de *DAI*, p. 101, l. 1–14 : « Diceret Averroes, quod multum est rationabilius, quam sit modus, quem ponunt catholici ; nam ex quo entia nolunt male disponi, ex fine 12 *Metaphysicae*, ordo et connexio partium universi hoc exigit, cum superiora entia sunt immaterialia, aeterna et non numeralia in eadem specie, inferiora autem sint materialia, corruptibilia et plura in eadem specie, quod est dare aliam speciem compositam comprehendetem in se intrinsece utramque naturam, in qua copulantur et committuntur superiora inferioribus, sicut medium componitur ex extremis, et illa species media erit numerabilis secundum differentias corporales, innumerabilis autem et non multiplicabilis secundum formam. De hoc autem, quod additur, quod unitur distinctis et distantibus loco et tempore, hoc non est inconveniens ; nam ex quo eius unitas est solum specifica, non individualis, prout individuum aliam intentionem addit supra speciem, ut dictum est, ponere aliquid tale correspondere diversis corporibus loco et tempore distinctis numero, quae sunt eius perfectibilia secundario et ex consequenti, non est aliquod inconveniens, sed multum conveniens. »

59 *QDA* III, 7, col. 269 ; reprise de *DAI*, p. 101, l. 29–33 : « Unde diceret Averroes forte, quod multum rationabilius videtur [quod] una forma, cuius ratio singularitatis est ratio eius quidditatis et per consequens non determinatur ad locum nec tempus, copulari diversis corporibus numero et loco distinctis et distantibus simul tamquam secundario perfectibilibus ab ipsa, quam unam formam individuam et numeratam ad numerationem materiae totam et totaliter simul perficere diversas partes eiusdem individui... »

60 *QDA* III, 7, col. 269 ; reprise de *DAI*, p. 101, l. 14–21 : « quod Deus immediate ageret in corpus humanum vel in materiam; quod etiam animam intellectivam ex nihilo de novo crearet; quod etiam Deus, eo ipso quod agens particulare, scilicet homo, generans aliam dispositionem induceret in materiam determinatam, licet per actum deformem et non placentem Deo, crearet de novo animam infundendo in sua materia, ita quod, ut aliqui dicunt, illa dispositio praeinducta per agens particulare est dispositio, quae est necessitas respectu infusionis intellectivae a Deo : ista omnia diceret Commentator solum esse ficta et nullo modo consona rationali naturali. »

> accidens, sicut enim ignis, quantum est ex parte sua semper arderet, quod autem non ardet modo hoc combustibile, et postea ardeat, huius non est causa effectiua nisi per accidens, scilicet respectu huius, qui combustibile apponit igni, sed sic est hic ; naturaliter enim intellectus perficit corpus humanum suo modo, ita quod ex parte sua nihil deficit...[61]

A la fin de sa question III, 7, Jean de Jandun semble également tenir de Thomas sa conclusion sur la foi :

> Hoc autem non probo aliqua ratione demonstratiua, quia hoc non scio esse possibile, et si quis hoc sciat gaudeat. Istam autem conclusionem assero simpliciter esse veram et indubitanter teneo sola fide.[62]

Passons à un autre problème : l'existence d'un intellect agent est-elle nécessaire ? Jean de Jandun en est évidemment persuadé, et il en fait l'agent de l'intellection : l'espèce intelligible prépare l'intellect possible à penser et c'est l'intellect agent qui effectue ce dernier acte strictement mental[63]. Cela dit, il présente certaines objections qui mettent en doute son existence, et notamment celle qui conteste l'autorité d'Aristote. Le Stagirite soutient que s'il y a une puissance passive dans un genre il faut qu'on trouve dans le même genre une puissance active produisant l'acte que l'autre potentia reçoit. Or, cela ne se vérifie *ni in genere physico ni in genere logico* :

> Item aliqui dubitant contra demonstrationem Philosophi. Videtur enim velle, quod in quocunque genere sit potentia passiua receptiua alicuius actus, in eodem genere oportet esse potentiam actiuam reducentem illam potentiam ad actum. Contra. Aut intelligit de genere physico, aut de genere logico. Non de genere physico, quia corruptibile et incorruptibile non sunt eiusdem generis

61 *QDA* III, 7, Col. 269 ; cf. aussi III, 12, col. 290 : le fait qu'il y ait en l'homme deux perfections substantielles « videtur multum conueniens ordini uniuersi » ; reprise de *DAI*, 101–102, l. 38–5 : « Ad ultimum, cum quaeritur de causa copulationis intellectus materialis nobis, diceret, quod causa finalis est commixtio et ordo partium universi, quae exigunt, quod sit aliquod medium inter corporalia corruptibilia, et incorruptibilia perpetua in sui compositione comprehendens utramque naturam istorum extremorum. De causa effectiva huiusmodi copulationis credo, quod diceret, quod eius non est causa effectiva nisi per accidens. Sicut enim ignis, quantum est ex parte sua, semper arderet, quod autem non ardet modo hoc combustibile, nihil aliud et postea ardet, huiusmodi non causa effectiva nisi per accidens, scilicet qui combustibile apponit igni ; sic naturaliter intellectus materialis perficit corpus humanum, ita quod ex parte sua nihil deficit... » Sur cette question, voir BRENET, J.-B.: *Âme intellective, âme cogitative . Jean de Jandun et la duplex forma propria de l'homme*. In: Vivarium 46 (2008) 318–341.

62 *QDA* III, 7, col. 270 ; reprise de *DAI*, 111, l. 7–9 : « Quantum autem ad me, dico, quod, licet illam opinionem absque aliqua dubitatione credam veram esse, ipsam tamen per rationem naturalem convincere nescio (gaudeant illi qui convincere eam sciunt), sed sola fide teneo. »

63 Dans son analyse du processus abstractif, on trouve d'ailleurs une autre référence à Thomas Wylton. Jean se demande en effet si l'image peut agir sur l'intellect possible, sans que cela le fasse déchoir et le subordonne absolument au sensible. Une « virtus activa », en effet, n'est-elle pas plus noble qu'une « virtus passiva » ? Jean note : « Ad aliud [virtus actiua est nobilior quam passiua] dicunt aliqui quod maior est vera de agente principali » (*QDA* III, 2, col. 224). Or, cela se lit chez Thomas : « Ubi notandum, quod haec propositio : "agens est perfectius passo" habet intelligi de agente principali » (*DAI*, 81, l. 1–2).

physici, ut patet 10 *Metaphysicae* et tamen corpus coeleste perpetuum existens agit in ista inferiora, quae sunt corruptibilia. Sed diceres, quod materia istorum inferiorum est incorruptibilis, sicut et sol ; et sic actiuum et passiuum principium sunt eiusdem generis physici. Contra. Ignis agit in aquam, et tamen principium agendi in quo agit ignis, et principium patiendi in quo patitur aqua se habent sicut corruptibile et aeternum. Nam forma ignis est corruptibilis, et materia aquae est perpetua, et sic non conueniunt secundum genere physicum. Si vero intelligitur de genere logico, contra hoc est, quia primus motor, scilicet Deus, mouet primum mobile, et tamen primus motor, qui est Deus, in nullo genere est. Corpus autem coeleste est in omni genere corporalium, et sic non oportet quod in genere principiorum primi motus sit actiuum et receptiuum.[64]

Plus bas, Jean donne la solution que ces *aliqui* défendent : la proposition d'Aristote est valable in *genere analogo*, et c'est la position de Thomas :

Ad dubitationem contra demonstrationem Philosophi, aliqui dicunt satis competenter quod Aristoteles intelligit de genere analogo et non uniuoco. Primus autem motor quamuis non sit in eodem genere uniuoco cum mobili, tamen est in eodem genere analogo, scilicet entis, vel substantiae. Utrunque enim istorum est ens et substantia. Vel dicatur aliter quod Aristoteles accipit ibi genus pro ratione considerandi una unitate analogiae, ita quod vult dicere, quod ad eundem scientem pertinet considerare ambo principia actus cuiusque, scilicet actiuum et receptiuum. Unde ad eundem, scilicet naturalem philosophum, pertinet considerare corpus primum mobile, et primum motorem qui est Deus. Et similiter ad eundem Philosophum pertinet considerare intellectum possibilem secundum quod est receptiuus actus naturalis qui est intelligere de intellectu agente, inquantum est agens et mouens talem potentiam ad suum actum.[65]

64 *QDA* III, 23, col. 344 ; reprise de *DAI*, 83, l. 22–37 : « Alia dubitatio est de intellectu agente de ratione Philosophi per quam probat quod est ponere intellectum agentem ; videtur enim velle, quod in omni genere, in quo est potentia receptiva alicuius actus, [quod in eodem genere] oportet ponere potentiam activam reducentem istam potentiam ad actum. Nam si intelligat de genere physico, hoc est falsum, nam sol agit in ista inferiora reducendo materiam de potentia ad actum, cum tamen sol sit incorruptibilis, ista autem inferiora generabilia et corruptibilia sunt; corruptibile autem et incorruptibile differunt genere physico ex 10 *Metaphysicae*. Nec valet, si dicatur, quod materia istorum inferiorum est incorruptibilis sicut et sol, et ideo activum et passivum sunt eiusdem generis physici, quoniam secundum hoc ignis non posset agere in aquam, cum principium agendi ignis et patiendi aquae differant sicut corruptibile et incorruptibile et per consequens genere physico.

Praeterea nec oportet, quod agens et patiens sint in eodem genere logico, quoniam primus motor ut Deus movet primum mobile, primum autem mobile est in genere corporalium, primum autem movens omnino in nullo genere est. »

